



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Obedientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Naclerus, vide Stabularius.

Naufragium, vide Furtum.

NEGOTIVM.

Negotium alterius potest quis agere sine eius mandato.

NOMEN.

Nomen sibi quemque posse mutare excepto seruo, modo fiat sine fraude & alterius præiudicio, quidam aiunt: ego ad tempus & ex causa id posse puto; alioqui acceptum in Baptismo non posse, nisi fortè in Confirmatione.

Notarius, vide Beneficium, Iudiciales actus, Ordo.

Notorium, vide Manifestum.

Obedientia, vide Præceptum.

Obediendum Superiori, cum non est certum præcipi malum; in dubio autem an malum sit, excusat obedientia credentem licere obedire.

* De hac *Tol. l. de 7. peccat. mort. à c. 14. vs. que ad 22.*

* Vide *Navar. ca. 23. num. 38. Sylu. obedientia nume. 2.*

2 Mortale est nolle obedire in re gravi sine causa, aut nolle aliquid facere, quia iubetur; est enim id cōtemnere Superiorem. Quidam tamen famulos non putant teneri obedire sub peccato mortali, ex vi præcisa obedientiæ, id quod probabile est.

* *Nau. l. c. nu. 36. Syl. l. c. nu. 1. Tol. c. 19. nu. 5.*

3 Obediendum non est cum creditur inde malum oriturum. * *Tol. c. 15. nu. 8.*

4 Non tenetur obedire, qui credit Superiorem per errorem præcipere, &, si veritatem sciret, non fuisse præcepturum: & quidem per edicta generalia non intendunt Superiores obligare cum magno damno. * *Nau. num. 38. Tol. c. nu. 5.*

OBLATIO.

1 Obligat consuetudo aliquid offerendi in Ecclesia, si obtinuit vim legis, secus si per deuotionem liberam fiat: sufficit verò, cum obligat, maiorem partē populi offerre.

* *Vide Fum. Oblationum. 3.*

2 Oblata celebranti in Ecclesia, cedūt Rectori, itemque quæ offeruntur Ecclesijs ditionis eius.

* *Fum. l. c. num. 4.*

Obligatio, vide Contractus.

1 Multorum vinculorum simul fieri impossibile, præualet maximum: si autem